



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 59. Amurathis Filius imperii Turcici æmulus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Secul. XV.
A.C. 1481.

Procerum enim potissimi Zizimo favebant, sperabantque, se sub ejus regimine bene, fortunateque vitam transacturos, eoquod illum velut Principem præclaris omnino dotibus præditum venerarentur. Ea etiam ex causa illum Mahometes imperio magis aptum censebat quam Bajazethem ejus fratrem, qui in libidinem magis effusus, quam bellicæ gloriæ cupidus erat. Hinc sensim tantopere seditio invaluit, ut etiam ad manus ventum esset, ac Bassarum unus trucidaretur. Ad sedandum populi tumultum Bajazethis fautores Corchutem ejus Filium adhuc puerum, qui Constantino- poli educabatur, in regio solio colloca- bant, hacque via imperium Bajazethi asserebant; hic vero vix Constantino- polim advenerat, cum illico proprium filium suum in Asiam relegaret, quibus- dam ditionibus eidem assignatis, ut hoc pacto exauctorationis suæ dolorem æ- quius toleraret. Ceteros quoque Filios suos in diversas Asiæ Provincias aman- dabat, eoquod sibi ab eis periculum im- minere suspicaretur.

§. LIX.

*Amurathis Filius imperii Turcici
æmulus.*

Sub idem tempus apud Matthiam Hun- garicæ Regem Vir quidam diversaba- tur,

tur, qui se Amurathis, a quo Mahometes ^{Sæcul XV.}
 progenitus erat, Filium dicebat. Hic ^{A.C. 1481.}
 adhuc puer a Christianis post captam
 Constantinopolim interceptus, & Nicco-
 lao V. Pontifici oblatuſ, ſuſcepto Ba-
 ptiſmate, literis egregie inſtructus fue-
 rat; poſtmodum Roma profectus, ad
 Fridericum Imperatorem, inde vero in
 Hungariam ad Matthiam Regem con-
 tendit, benignioris fortunæ auſpicia præ-
 ſtolaturus. Percepto Mahometis obitu,
 & compertis Bajazethem inter & Zizi-
 mum contentionibus, ex Hungaria ad
 Magnum Rhodiorum Magiſtrum literas
 dedit, ut copiarum ſubſidia impetraret,
 hancque in rem pluribus expoſuit, ſe ſo-
 lum legitimum eſſe regni hæredem, Ma-
 hometem vero fuiſſe ſpurium illius u-
 ſurpatorem, proin tam ipſum, quam e-
 juſdem filios a ſucceſſionis jure arcen-
 dos. Aſt ſpecioſæ hæ preces ſurdas ^{Leunclav.}
 pulſabant aures, & Bajazethes Patris ſui ^{pandect.}
 imperium tranquille poſſidebat, quam- ^{Turc. c. 1561}
 vis per ſummam ingratiſtudinem Achme-
 tem, cujus opera in regno vel maxime
 contra Zizimum fratrem ſuum ſtabilitus
 fuerat, in quodam convivio, ſeu propria
 ſeu aliena manu trucidafſet, eoquod, ut
 autumant nonnulli Scriptores, nimia, qua
 Achmetes apud Janiſſaros valebat, au-
 ctoritas Bajazethi plurimum ſuſpecta
 eſſet.

§. LX.